



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Iacobi Bidermani E Societate Iesv Vbaldinus Sive De Vita
& Indole Antonii Mariæ Vbaldini Vrbinatis, Monteaë
Comitis, Breviarivm**

Bidermann, Jakob

Fribvrgi Brisgoiae, 1663

Illvstrissimi Sangvinis, Lectissimæqve Indolis Seminarii Romani
Convictoribvs Iacobus Bidermanus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44891

ILLVSTRISSIMI
SANGVINIS,
LECTISSIMÆQVE
INDOLIS

SEMINARII
ROMANI
CONVICTORIBVS

Iacobus Bidermanus.

V BALDINVM ego ve-
strum, ab hinc quadri-
ennio, non ANIMIS
quidem ereptum, tamen OCULIS
certè subductum, ad vos
postliminio reduco: ut inter
quos vitam ille sanctissimè fi-
nit, ad eosdem hospes rediri-
vus diuertat. Reliquius, inq̃: a:

A 2

Neque

Necq; enim viuere vos eum ne-
gabitis, quem de VIRTUTE vi-
uentibus exemplis loquentem
hic audietis. Et VESTRVM il-
le se non immerito credit. A-
gnoscit suos adhuc lares; agno-
scit conmiliones; meminitq;
virtutis cunabula in illo sibi
domicilio fuisse; quod hodie vos
ill. stri non genere magis quã
indole exornatis. Gaudebat ibi
iam tum ANTONIVS, cum è
numero vestro quosdam aspi-
ceret, quos ad præclara duces
auctoresq; sequeretur. Neque
nunc parcius triumphat; dum
respiciens, alios ibidem videt,
æquis passibus ad ardua con-
niti, laudemq; veram in ijs stẽ
vestigijs quærere, in quibus ip-
so suam se meminit inuẽnisse.
Hac alacres ire porro, hac per-
gere pergite, Generosa pubes,
O præ-

¶ præcuntem in hoc curriculo ANTONIVM non assequi & tergo solùm, sed æmulo etiam cursu præuerrere, quantis potestis viribus laborare. Eadem vobis adolescentia, pares sunt anni: ¶ nulla est ætas ad virtutis agonem immatura. Sinite nouum hoc de vobis Elogium audiamus. IN ATHENAEO ROMANO PLVRES VOS VBALDINOS EXCITASSE: vti nos dum vnum describimus, multo superesse, qui describantur, videamus. Quae quidem in re, sentio, quàm longè nostras historici partes, vos antecellatis. Nam VBALDINVM nos vestrum calamo solo minioq; pingamus: vos eundem nobis, MORVM penicillo, viuissq; coloribus exprimetis. Valete, atque adolesci-

te Nobilis corona: lictique spes
illas, in quas pr. geniti estis,
Et omnia Romæ Reip̄ publicæ
vota quamuis immodica, su-
perate. E Collegio Romano
Societatis IESV V. Idus Iulias
1633.



DE